Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

res. et hastas suas in falcones con-
flabunt gens adversus gentem gla-
dium et non discent ultra bellum
re. Et sedebit vir subtus vineam
suam et subtus ficum suam et non
erit qui deterreat. quia os domini
exercituum locutum est. quia omnis
populi ambulabunt unusquisque in
nomine dei sui. nos autem ambula-
bimus in nomine dei nostri in eternum
et ultra. In die illa dicit dominus
congregabo claudicantem et eam
quam eiecteram collisam et quam
afflxeram consolabor. et ponam
claudicantem in reliquias et eam
que laboraverat in gentem robus-
tam. Et regnabit dominus super
eos in monte sion ex hoc nunc et
usque in sempiternum. Et tu turris gre-
gis nebulosa filie sion usque ad te
venient et venient potestates prima
et regnum filie iherusalem. Et nunc
quare merore contrahis. num
quid rex non est tibi. aut consiliarius
tuus periit. Quia comprehendit
te dolor sicut parturientem. Dole
et satagite filia sion quasi parturi-
ens quia non egredieris de ciuita-
te et ibis in regionem et venies
usque ad babilonem ibique liberabe-
ris ibi redimet te dominus de ma-
nu inimicorum tuorum. et nunc
congregate super te gentes multe
que dicunt lapidetur et aspi-
ciat in sion oculus nostrum. Ipsi autem
non cognouerunt cogitationes domi-
ni et non intellexerunt consilium
eius. quia congregauit eos quasi
feenum aree. Surge et conteri filia
sion. quia cornu tuum ponam ferre-
um et ungulas tuas ponam e-
reas. et comminues populos multos
et interficies rapinas eorum domino
et fortitudinem eorum domino omni

III Nunc se contere
filia latronis.
obsidionem posuerunt super
nos. In virga percutient maxil-
lam iudicis israel. Et tu bethleem
effrata parvulus es in milibus
iuda. Ex te mihi egredietur qui
sit dominator in israel. et egressus
eius ab initio a diebus aeternitatis
Propter hoc dabit eos deus usque ad
tempus in quo parturiens parturi-
et. Reliquiae fratrum eius con-
uertentur ad filios israel. Et stabit
et pascet in fortitudine domini et
in sublimitate nominis domini dei
sui. et conuertentur. quia nunc ma-
gnificabitur usque ad terminos terre.
Et erit iste pax assirius cum venerit
in terram nostram et quando con-
culcauerit in domibus nostris et suscita-
bimus eum super septem pasto-
res et octo principes hominum. et
pascent terram in gladio assur et ter-
ram nemroth in lanceis eius. et li-
berabit ab assur cum venerit in ter-
ram nostram et quando calcaverit
in finibus nostris. Et erunt reliquie
iacob in medio populorum multorum
quasi ros a domino et quasi stille super
herbam. Que non expectat virum
et non prestolabitur filios hominum.
Et erunt reliquie iacob in gentibus